

rat in eius personam, tamen incidit in sententiam excommuni- cationis, ut per Iacob. de Sancto Gorgio in l. quod si quis, §. quod prator. num. 6. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exi- mat. Baiard.

y Illam tamen puto resirringendam.] Adde, quod ista restrictio, & de- claratio fuit Taber. in ca- pitulo perpendimus, quæ reprobat per Socinum in supra dicto Capitulo perpendimus, numero 176. cum sequentibus, † ubi concludit, quod sen- tentia excommunicatio- nis tenet, sine lata fuerit ex falsa causa, siue ex non legitima, etiam mala in- tentione, vel ex invidia, dummodo potestas fuerit in excommunicatore, & dispositio in patiente, &

Socin. inter consilia Curt. Sen. consilio vigesimo, numero 24. in fine. y Illam tamen puto re- stringendam esse vt proce- dat, quando ille, qui excom- municat, etiam si sciisset causam, non esse veram, fuis- set nihilominus excommuni- caturus, vt declarat Soc. ibi.

34 Solet dubitari, 2 nunquid sententia excommunicatio- nis nulla afficiat, & liget excommunicatum. Tu dic, quod si est lata ab homine.

habilitas materia. Baiar.

z Solet dubitari.] Adde, quibus † casibus sententia excom- municatio sit nulla per Soc. in c. perpendimus in 10. artic. q. 18. de sent. excommuni.

non ligat, si est nulla, vt dicit gloss. in clem. 1. in verbo, subiacere, de sentent. excom. quam dicit esse communiter approbatam Socin. in alleg. conf. 20. nu. 30. Et hæc adeo verum est. vt volenti dice- re de eius nullitate, non sit opus petere absolutionem, neque etiam ad cautelam, capit. per inas, de sent. ex- commun. Et ita tenent Do- flores, vt dicit Socin. in loca præalleg.

quid de sententia iniusta delegati. Baiar.

† 40 Item adde, quod † si sententia excommunica- tionis esset iniusta, non ligaret quo ad Deum, sed quoad homines, vt est cõ- munit opin. de qua Burf. in consilio 72. numer. 54 & Socin. in cap. sacris. nu- me. 13. cum seq. ubi, quod si excommunicatus contemneret, læderetur etiã quo ad Deũ, & quod hoc procedit siue sententia sit iusta ex ordine, siue ex a- nimo, siue ex causa; nisi esset talis iniustitia, q uæ redderet sententiam nul- lam, & ibi etiam tractat,

QVÆST. LXXVIII.

De pœua confiscationis omnium bonorum.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 De pœna confiscationis omnium bonorum. Dispositio authenticæ, bona damnatorum, an corrigat iura antiqua, per quæ imponebatur bonorum confiscatio, ibid.
- 2 Sententia capitalis ex dispositione statuti an secum trahat confiscationem bonorum.
- 3 Quæ sint crimina, pro quibus imposta est bonorum confi- scatio.
- 4 Apostata punitur confiscatione bonorum. Et quis dicatur apostata, ibid.
- 5 An apostata recipiatur ad penitentiam, vt hæreticus. ibidem.
- 6 An quilibet iudex possit imponere pœnam confiscationis bo- norum.
- 7 Episcopi an habeant fiscum, cui possint bona delinquentium applicare.
- 8 Quæ veniant in confiscatione bonorum. Et an ea omnia, quæ transeunt in extraneos hæredes, ibid.
- 9 Et an feudum, ibid.
- 10 Et an ius patronatus.
- 11 Et an in confiscatione bonorum mobilium, & immobilium veniant iura, & actiones.
- 12 Et an in confiscatione veniant bona prohibita alienari.
- 13 Et quid si non sit expressum fidei commissum in casum alic- nationibus, ibid.
- 14 Et quid si prohibitio facta sit ad tempus favore ipsius pro- hibiti, ibid.
- 15 Et an in confiscatione bonorum filij famil. veniant etiam bo- na profectitia.
- 16 Et an aduentitia.
- 17 Et an castrensia.
- 18 Et an e contra publicatis bonis patris censeatur publicatum peculium profectitium filij.
- 19 Dos mulieris an confiscetur.
- 20 Bona alienata per delinquentem post delictum commissum an veniant in confiscatione bonorum, Et quid si fraus interuenit, ibid.

- 17 Et quomodo probetur fraus.
- 18 Et quid si ex eo delicto non est imposta ipso iure confiscatio bonorum, vel interdicta bonorum administratio.
- 19 Et quid si alienatio facta sit post accusationem.
- 20 Et quid si facta sit post sententiam.
- 21 Delinquens an possit dare de bonis suis in solutum creditoribus.
- 22 Quando reperitur in bonis confiscatis pretium rei vendita per delinquentem, an possint possessores bonorum molestari.
- 23 Obligationes an transeant in fiscum. Et an obligatio naturalis, ibid.
- 24 Et an obligationes conditionales, ibid.
- 25 In confiscatione an veniant bona futura.
- 26 Ius aduendi an transeat in fiscum.
- 27 An secuta confiscatione bonorum patris, reseruetur filijs ali- qua portio.
- 28 Sententia confiscationis bonorum an trahatur ad bona sita extra territorium confiscanti. Et quid in bonis mobilibus, ibi.
- 29 Creditores vnus territorij an possint agere contra fiscum alterius territorij.
- 30 Fiscus, ad quem perueniunt bona alicuius, an teneatur sa- tisfacere omnibus creditoribus, & legatarijs.
- 31 Et an ultra vires hereditarias.
- 32 Fiscus, an præferatur creditoribus delinquentis.
- 33 Fiscus an bona habeat delinquentis tacite hypothecata.
- 34 Ex Additionibus.
- 35 Confiscatio bonorum quomodo procedet de iure.
- 36 Et quare sit introducta.
- 37 Et quomodo applicetur, si fuerint plures Domini vnus ca- sari.
- 38 Confiscatio quæ infligitur ipso iure quid operetur, remissiuè.
- 39 Et quando veniat ipso iure, remissiuè.
- 40 Declarationes, & imitationes ad auth. bona damnatorum.
- 41 Confiscatio quando dicatur venire tacite & in consequentiã.
- 42 Confiscatio non habet locum cõtra Neapolitanos, nisi in cri- mine læsæ Maiestatis & hæresis.
- 43 Nec Bononiæ ex consuetudine.
- 44 Et quis in eis succedat.
- 45 Confiscatio imposta contra dispositionem Ant, bona, est nulla sine appellatiõne.
- 46 Statutum, quod bona delinquentium vero, vel fictè confisca- ta intelligantur a die commissi criminis, quomodo intelli- gatur.
- 47 Confiscatio non habet locum in condemnato ad mortem pro furto ex forma statuti.
- 48 Nec in delictis primatis, nisi statuto nominatim caueatur.

- 15 Nec in eo, qui condemnatus moritur, nisi in crimine Hæresis & læsæ Maiestatis.
- 16 Nec in delictis non consumatis.
- 17 Confiscatio fit ipso iure in 260. casibus remissiuè.
- 18 Apostasia quid sit, quomodo puniatur, & de ipsius processu, & excusationibus.
- 19 Confiscatio non venit sub generali arbitrio concessio Iu- dici.
- 20 Citatio in civilibus sub pœna confiscationis non valet. Feudatarius non potest priuari possessione feudi à Principe, nisi sit conuictus de delicto per sententiam.
- 21 Alimenta non comprehenduntur in bonorum publica- tione.
- 22 Officium Cauderiatius, & similia an veniant in confisca- tione.
- 23 Vasallus Baronis fidelis si repellatur contra Regem, an feuda, quæ tenet à Barone, redeant ad Baronem fidelem, vel ad Regem.
- 24 Confiscatio an extendatur ad feuda.
- 25 Et an ad bona prohibita per testatorem alienari.
- 26 Et an ad emphyteusim.
- 27 Et an ad ius Patronatus.
- 28 Et quid si confiscatio villa, in qua erat Ius patronatus.
- 29 Et an ad iura, actiones, & nomina delictorum.
- 30 Et an ad vsum fructum bonorum prohibitorum alienari.
- 31 Et an ad bona feudalia.
- 32 Et an ad fructus feudi.
- 33 Et quid si fuerit facta substitutio, si sine liberis.
- 34 Et quid si fuerit facta confiscatio tacentibus, & videntibus fideicommissarijs, an fideicommissum extingatur.
- 35 Vxor relicta Domina, Massaria, & vsu fructuaria, si bo- na confiscentur, erit vsufructuaria, non alimentaria tan- tum.
- 36 Bona fideicommissa, si viuentis hærede, moriatur fideicom- missarius, transeunt liberè in fiscum.
- 37 Filij postri in conditione quando faciant deficere condi- tionem ad fauorem ipsorum vel fisci, remissiuè.
- 38 Fideiussores rei, quo pro pace seruanda fideiusserant, præfe- runtur fisco in fructibus bonorum subiectorum fideicom- misso.
- 39 Idem in fideiussores de representando eodem num.
- 40 Fideicommissum factum in casu, in quo hæres committat delictum, an dicatur factum in fraudem fisci.
- 41 Et quid in crimine læsæ Maiestatis.
- 42 Et quid de legitima.
- 43 Bona non prohibita expressim alienari, sed ex mente testa- toris volentis ea conseruari in familia, non transeunt in fi- scum.
- 44 Prohibitus alienare ad sui fauorem, si delinqueat; habet fi- scum successorem.
- 45 Et quid si sit prohibitus inter viuos.
- 46 Et an fiscus detrahat Trebellianicam.
- 47 Et an restitutus ex indulgentia Principis recuperet bona re- mansa pœna agnatos, quæ testator prohibuerat alienari quia volebat ea remanere in familia.
- 48 Legitimus alienatio quando possit prohiberi ratione minoris ætatis.
- 49 Et an veniat in confiscatione.
- 50 Confiscatio bonorum filij an extendatur ad legitimam viuo patre.
- 51 Et an ad peculium profectitium, in quo filius habeat potesta- tem donandi, & disponendi.
- 52 Et quid in statu ecclesiastico.
- 53 Et quid in peculio aduentitio.
- 54 Et quid si in eo habet filius administrationem.
- 55 Confiscatis bonis patris, an confiscetur vsus fructus dicti pec- ulij in damnum filij.
- 56 Filius negotians nomine patris, totum lucrum acquirit pa- tri.
- 57 Bona aduentitia non publicantur, etiam quod inter patrem & filium esset factum compromissum, & laudatum, vt fil- lius de illi bonis possit libere disponere.
- 58 Iul. Clar. lapsus.

- 57 Peculium Castrensium an publicetur, & an profectitium.
- 58 Et quid de vsu fructu peculij profectitij, vel aduentitij.
- 59 Patria potestas an probetur per mediam capitis diminutio- nem, remissiuè.
- 60 Publicatis bonis patris, si ex statuto reseruetur dimidia bo- norum filijs, an illa pater non habet vsum fructum.
- 61 Vxor quando possit resistere publicatione bonorum suo ma- rito.
- 62 Vxoribus bonis publicatis, non veniunt vestes festiua, & pra- tiosa.
- 63 Dos an veniat in executione, si vxor fuerit condemnata.
- 64 Et quid stante statuto quod vir dotem lucretur.
- 65 Et si mulier fuerit restituuta, an recuperet acquisitum viro propter confiscationem.
- 66 Maritus condemnatus potest restituere dotem vxori, vel ei dare prædia in solutum.
- 67 Donatio facta a viro vxori ante reatum non pertinet ad fi- scum.
- 68 Fiscus an possit opponere vxori exceptionem non numeratæ dotis.
- 69 Dos amissa ab vxore propter mortem mariti, applicatur hæ- redibus viri.
- 70 Dos aufertur, marito statim lata sententia contra vxorem.
- 71 Dos filie publicatur etiam in præiudicium patris.
- 72 Dos vxoris mandantis interfici maritum an veniat in con- fiscatione.
- 73 Dotis vsufructus, an publicetur.
- 74 Maritus an possit opponere contra fiscum, quod non tene- tur nisi in quantum potest.
- 75 Dos vxoris quando confiscetur propter hæc, e san mariti.
- 76 Donatio causa mortis facta vxori an publicetur confiscatis bonis mariti.
- 77 Et quid in donatione propter nuptias, & inter viuos.
- 78 Dos debet reddi per fiscum vxori ex bonis mariti publicatis summarè, & sine sententia definitiua.
- 79 Vxor virtute suæ hypothecæ non impedit confiscationem bo- norum mariti.
- 80 Lim. nisi mulier inheret possessioni illorum.
- 81 Ampl. etiam in donatione ante nuptias.
- 82 Vxor propria auctoritate recipit possessionem suorum bono- rum, antequam à fisco occupentur.
- 83 Vxor propter suã hypothecam impedit demolitionem bono- rum mariti.
- 84 Et quid seruatur in practica.
- 85 Dos confessata quando possit exigi contra fiscum remiss.
- 86 Dos quomodo sit restituenda, vt fiscus non possit aliquo tem- pore molestari.
- 87 Auth. præterea, C. vnde vir, an præcedat publicatis bonis mariti.
- 88 Vxor petens alimenta ex bonis viri publicandis an sit au- dienda.
- 89 Vndens bona in fraudem fisci non potest ea repetere.
- 90 Donatio non reuocatur condemnato donatore in contuma- ciam.
- 91 Donatio causa mortis renocatur secuto crimine, etiam non docto de fraude.
- 92 Fraus quomodo probetur.
- 93 Simulatio an intercesserit, iudex arbitrabitur.
- 94 Simulatio contractus præsumitur, etiam quod quis habeat pacem cum inimicis.
- 95 Item si alienans remanserit in possessione rei donatæ.
- 96 Clam quid fieri quando dicatur.
- 97 Et quid si dicatur Notario, an nihil propleat.
- 98 Fraus præsumitur secuto delicto incontinenti, post alienatio- nem.
- 99 Alienatio facta post delictum quando valeat remissiuè.
- 100 Emptor rei alienata in fraudem fisci non recuperat illius pretium.
- 101 Confiscationis ipso iure effectus.
- 102 Et quid si statutum requirit delinquentem condemnari.
- 103 Debitor delinquens an possit dare in solutum bona Credito- ribus.
- 104 Et quid si sit obligatus cum iuramento.

- 106 Iura conditionalia an transeant in fiscum.
- 107 Et quid de substitutione facta post mortem instituti.
- 108 Fiscus succedens alicui per confessionem, potest exigere dotem filie soluto matrimonio vigore stipulationis factae per patrem.
- *108 Fiscus non debetur legitima filij banniti mortuo patre.
- 109 Alimenta filij banniti non debentur fisco.
- 110 Publicatio bonorum non extenditur ad bona postea acquisita.
- 111 Legitima filij non debetur fisco viuo patre. Filius homicida potest exheredari, num. eodem.
- 112 Fiscus potest petere supplementum legitima.
- 113 Fiscus an succedat condemnato in omnibus iuribus ad extraneos heredes transeuntibus.
- 113 Bona heretici ante sententiam promulgatam occupari nequeunt.
- 114 Bannitus, qui potest impunè offendi, potest etiam bonis priuari.
- 115 Bannito excluso à successione, an admittatur fisco, vel veniens ab intestato.
- 116 Ius aduendi an transeat in fiscum.
- 117 Hereditas paterna an publicetur, si filius ante mortem patris delinquat, & eo mortuo fiat inquisitio, & condemnatio.
- 118 Fiscus succedit in hereditate patris in Regno Neap. pro rata, qua filius successisset.
- 119 Pater in Regno praedicto non molestatur pro filijs delinquentibus.
- 120 Confiscatis bonis patris, an aliquid filijs referuetur. Legitima non debetur filijs, quando dimidia tantum bonorum paternorum publicatur.
- 121 Et quid de Nepotibus, & filijs adoptiuis, & legitimatis.
- 122 Filius non potest cogi accipere legitimam in pecunia, nec in re viliori.
- 123 Publicatis bonis filij, an referuetur aliquid patri.
- 124 Et quid in crimine laesae Maestatis.
- 125 Et quid de filiabus.
- 126 Filius exclusus ab hereditate ob aliquod detrimentum, est etiam exclusus à legitima.
- 127 Filio bannito non debetur legitima.
- 128 Partito referuata filijs debetur vinente patre. Legitima quanta, & quando debeatur, remiss.
- 129 Et an filijs natis post bannum.
- 230 Legitima filiae condemnatae de crimine laesae Maestatis quanta sit.
- 131 Publicatis bonis matris an referuetur aliquid filijs.
- 132 Bona extra territorium quando confiscantur. Princeps non potest concedere gratiam quo ad bona alterius Principis. Et quid in bonis applicatis Baroni, ibidem.
- 133 Bona citati sub pena confiscationis, cui applicentur.
- *133 Fiscus an succedat morientis sine testamento, cuius filius sit bannitus.
- 134 Feudum confiscatum an applicetur Domino, vel Principi.
- 135 Et quid de bonis confiscatis ob crimen haeresis.
- 136 Et quid ob crimen laesae Maestatis.
- 137 Bona confiscata applicantur Domino Territorij, licet confiscatio praecesserit concessionem castri.
- 138 Bona Clerici condemnati per Episcopum applicantur Domino temporali.
- 139 Fiscus succedit in nomine debitoris existentis in alieno territorio.
- 140 Annuus redditus an spectet ad Dominum loci, in quo soluitur, vel ad Dominum territorij, in quo est sita res, propter quam soluitur.

- 141 Bona alieni territorij veniunt, quando confiscantur bona ubicunque existentia, licet ibi non essent leges speciales, & rite quarum possit fieri confiscatio.
- 142 Hereditas ablata alicui vt indigno applicatur fisco testatoris.
- 143 Bona confiscata cui applicentur de consuetudine.
- 144 Confiscatio ad quem pertineat mutato Domino ante sententiam, sed post delictum.
- 145 Bona confiscata si à fisco loci derelinquantur, in quo sita sunt, non applicantur fisco condemnantis.
- 146 Fiscus non habet ius accrescendi, nec est propriè haeres.
- 147 Confiscatio quando ad bona alibi sita extendatur.
- 148 Bona, quae non veniunt in confiscatione, remanent venientibus ab intestato.
- 149 Bona uxoris condemnata, (quod maritum interficere fecit.) sita extra territorium cui applicentur.
- 150 Bona extra territorium veniunt in confiscatione, quando imponitur per statutum in casu, in quo erat etiam imposita de iure comunium.
- 151 Pecunia tradita cambijs connumeratur inter immobilia.
- 152 Item destinata ad emptionem immobilium.
- 153 Aes alienum quomodo diuidatur, quando bona propter confessionem diuiduntur inter plures fiscos.
- *153 Creditores publicis penis praeferuntur.
- 154 Fiscus non habetur per omnia loco heredis.
- 155 Bannitus, cuius bona fisco ademit, liberatur a creditoribus. Fiscus non est necessarius successor, num. eodem. Fisco repudiante quis succedat, ibidem. Fisco non tenetur, si succedit in quota bonorum, ibidem.
- 156 Fideiusor debitoris, cuius bona fuerunt confiscata, non per hoc erit liberatus.
- 157 Debitor, cuius bona fuerunt publicata, si restitatur ad vitam tantum, an teneatur ad antiqua debita.
- 158 Fiscus non potest dicere creditoribus, vt satisfaciant sibi de alijs non confiscatis.
- 159 Princeps si donauerit bona confiscata, donatarius tenetur creditoribus.
- 160 Creditores damnati, cuius bona fuerunt confiscata, si possessione bonorum inhererent, debent stare in possessione, donec eis fuerit satisfactum.
- 161 Fiscus non tenetur ad debita contracta post confessionem.
- 162 Creditoribus administrandum ius summarie.
- 163 Fiscus potest cogere notarios ad exhibendum instrumenta condemnati.
- 164 Fiscus non tenetur creditoribus condemnati in certa summa pecuniaria.
- 165 Fiscus possessor bonorum vacantium an teneatur pro obligatione extra territorium.
- 166 Et an ad expensas litis. Et an ad alimenta filiae. ibidem. Et an ad legata, & fidei commissa. ibidem. Cruda, quae solent fieri per Sen. Mediolani, quomodo intelligenda. ibidem.
- 167 Tortura potest inferri pro inueniendis rebus fisci.
- 168 Fiscus conuenitur à creditoribus vt possessor, & ideo non tenetur vltra vires hereditatis.
- 169 Fiscus in quaesitis post sententiam omnibus praefertur.
- 170 Et quid in bonis rei pro expensis in eo capiendis.
- 171 Fiscum in dubio condemnandum esse quomodo sit intelligendum, remissiuè.
- 172 Delinquens, an, & quando perdat administrationem bonorum.
- 173 Sententia an, & quando trahat confiscationem bonorum.

ADDITIONES, Ad Quaest. LXXVIII.

N ut de panis pecuniarijs.) Farinac. quaest. 5. volumine 1. Carpanus in cap. omnium, num. 74. Rolan. conf. 98. numero 4. libro 2. Peregrin. de iure fisci, libro 5. num. 21. Ross.

Q V A E S T I O LXXVIII. **N**unc de panis pecuniarijs.) Adde, quod in materia confiscationis bonorum iura sunt diuersa, de iure antiquo digestorum, C. & Authentica, quod fuit triplex, vt late per Callan. in consuetud. Burgund. rubr. 2. §. 1. nu. 6. fol. 246.

Item adde, quod confiscatio bonorum videtur esse introducta pro supportandis expensis, quae fiunt in processibus delinquentium, secundum Callan. in dict. rubr. 2. §. 1. numer. 3. fol. 376. vbi non allegat, nisi Oldr. in cons. 17. post num. 12. ubi contrarium dicit, ex quibus sequitur, quod Callan. cum non uiderat.

Item adde, quod si sunt plures domini habentes iurisdictionem, & unus habeat maiorem partem, quod diuisio bonorum confiscatorum sit inter eos pro rata iurisdictionis, Baldus in l. seruus communis, ff. de stipul. seru. & Io. Fabr. in l. communes, C. de comun. seru. manum.

Item adde multos effectus, quos facit ad utilitatem fisci confiscatio, quae fit ipso iure per Iacobum Bellon. in pract. criminal. sub rubr. de mortuo in cat. ceibus, numero tertio, & Plott in consil. 130. num. 3. inter consil. crimin. diuersorum, volum. 1. ha. gnæ impressione. vbi multa tractat in materia confiscationis bonorum, & in quibus casibus bona ipso iure publicentur, late Peregr. de iur. fisci. li. 5. n. 167. ibi deinde superuenit.

Adde uidentium Peregr. de iure fisci lib. 5. n. 1. cum multis sequi. ubi late de ista authent. bona damnatorum, in quibus casibus habeat locum, & in quibus non. & an procedat quando bona alicui auferuntur in contumaciam, & an quando pars bonorum admittitur, tradit etiam Bertaz. in consil. 82. & 83. uolum. 1. Item adde, quod authent. bona damnatorum, habet locum, siue crimen sit publicum, siue priuatum. Igne. in l. fin. §. si sibi manus, numer. 108. ff. de bonis eorum, quam opinionem dicit communem Emanuel Soarez in suo Thesuro recepta. sentent. in uerb. bonorum confiscatio. n. 40. & sequitur Bertaz. conf. 83. num. 60. Biard.

Confiscatio.) Ad quae bona portigatur confiscatio, uide per Bart. in l. pupill. in 2. quaest. ff. de tutor. & curator. dat. ab his in l. 1. Cod. de summa Trinitat. Bald. in §. si iudex, de cleric. uol. lat. par. in feud. An autem fiat confiscatio ipso iure quoad dominum, uide Bartolum in l. Imperator, in fin. ff. de iure Fisci. Guot.

Superuenit authent. bona damnatorum.) Contrarium dixit infra hac eadem quaest. versic. Multa autem & versic. Ceterum ad fin. supra quaest. 71. versic. Dixi etiam & ibi dixi. infra quaest. 84. versic. sed pone, in fine; Sed ego intelligo Clarum aliter loquentem in locis supra allegatis, maxime infra hac eadem quaestione, versiculo

Multa autem & dicitur. Ceterum, ubi dixit pro homicidio secundum ius commune imponi penam confiscationis bonorum, loquitur secundum ius commune antiquum, de quo per tex. in l. prima, ff. ad l. Corneliam de fideicom. & dixit supra in §. Homicidium versic. sed quare, quae sit pena in prim. aliter enim male diceret, & esset sibi ipsi, & authentica bona damnatorum, contrarius, nec aliter saluari possent; & de confiscatione bonorum, attento antiquo iure digestorum loquitur Text. in l. bona fides in pr. ff. Depositi, quem Text. declarat Menoch. dict. Tractat de arbit. iud. libro 2. centur. 1. cas. 182. sub nu. 50. & de tali pena, attento iure commune antiquo, uide Boer. ad consuetud. Bitur. tit. des costum. concern. les niges. §. 12. folio 36. Idem Menoch. d. Tractat lib. 2. cent. 3. cas. 260. num. 7. Alexan. conf. 75 sub num. 3. ibi cum fisco bona, uolum. 1. uide Cic. pro Sext. Roscio to. 1. Scripsum enim ita dicunt esse, ut eorum bona ueneant qui proscripti sunt. Dreg. d. Scias etiam.) Adde

Item adde, quod Neapol. ex privilegio non puniuntur pena publicationis bonorum, nisi pro crimine haeresis, & laesae maestatis, ut attestatur Afflic. in consil. Amatoria pocula, post num. 3. lib. 3. & Bonon. de consuetudine bona delinquentium non publicantur, licet statutum disponat contrarium, teste Gozad. in consil. 96. num. 4. quae consuetudo fuit confirmata ex Bulla Pij Quarti, ut dicit Bertaz. in consil. 447. num. 7.

Item adde, quod ubi bona non publicantur de iure, uel ex statuto, uel de consuetudine, in eis succedunt uocati, ut per authent. Bona damnata. Bertaz. in consil. 82. nu. 14. uol. 1.

Item adde, quod si iudex contra text. authent. Bona damnatorum, confiscaret bona damnati, sententia non ualeret, etiam quod non fuisset appellatum. Dec. post Bald. in consilio 252 sub numero quinto, & Cagnol. in l. ea sola, numero 3. ff. de regul. iur. & Roland. in consilio nonagesimo octauo, numero 4. uolumine secundo, quod tamen procedit, nisi statutum, uel consuetudo permittet confiscationem, & quomodo interpretandum sit statutum, quo bona delinquentia, uerè, & fictè

Ecce 4 ubique